

Amico carissimo L.

Causa N. nondum ad liquidum producta est. ne semel quidem  
convenimus. gravissime adversantur Severus furibundus, rabie inflam-  
matus, Ludovius loquax quo nihil viridius cogitari potest, Plos floridus, Physi-  
cus pertinax, qui quid velit ipse nescire videtur, quid velit sci mus. Socius  
fidelissimus, amicus noster sempiternus est Decanus, qui omni qua-  
sit eloquentiae vi Neandrum se adiuturum religiose proficitur, adver-  
sarios laniabit, dilacerabit, tunc talit, humi prosternet, delet. — hum!  
incedit sunt Foramen forestre et Callaega qui nunc agunt Mattiacus  
lavatur. ceteri aut adversarii sunt vehementissimi ut Helenae pater  
et Ar. philosophum aut socii. speramus in convulsa facultate adver-  
sarios nos plures esse futuros. ut nam Tu adesses, mi W., haec rideamus.  
Roppi ut exemplo tuo dignissimus non raro mecum cervissiam bibit.  
nos omnes eum amamus. — Vale!